

# DE BONO IVSTITIAE.

JOANNIS BAPTISTÆ  
Castaldi Neapolitani  
Clerici Regularis.



DILIGITE IVSTITIAM,  
QVI IVDICATIS  
TERRAM,  
*Sap. 1.*



Neapoli, Apud Octauium Beltra-  
num, 1642.



*Superiorum Permissu.*

**O** Pusculū De Bono Iusti-  
tiæ à R.P.D. Io. Baptista Ca-  
staldo Cle. Reg. Theologo  
conscriptum vidimus, cūq;  
nihil cōtineat fidei, aut bo-  
nis moribus dissonum: imò  
ad conseruandam nobilissi-  
mam Punitiuæ Iustitiæ vir-  
tutem mirificè profit in lu-  
cem edi posse censemus:

**D. Ioseph de Donna Ckr. Reg.**  
**S. T. P.**

**D. Joannes Azzolinus Gle. Reg.**  
**S. T. P.**

**Ad. Ioseph. Vassalli. D. S. S. S.**  
**.curatorem.**

D. S T E P H A N V S  
Medices  
Congregationis Clericorum  
Regularium Praepositus &  
Generalis

**H**oc opus inscriptum De Bono  
Iustitiae à R.P.D.Jo.Baptista  
Castaldo Theologo, compositum; &  
iuxta præfixam assertionem Patrum  
quibus id commissimis approbatum  
vñ typis mandetur, quod nos spe  
etat facultatem concedimus. In quo  
rum fidem præfentes literas manu  
propria subscrisimus, & solito no  
stro sigillo firmavimus. Neapoli 30.  
Octobris 1641.

D. Stephanus Medices Praepositus  
Generalis Congreg. Cle. Reg.

D. Io. Baptista Lanfranchi  
Secretarius.

Potest imprimi.

Ioseph Giannettasius

Canonicus Deputatus

Imprimatur.

Alexander Russus Canon.

Vicarius Gñlis Neap.

---

Illustriſſ. & Excell. Dñe .  
Vidi præſens opusculum  
De Bono Iuſtitiae , vndique  
eruditioñem ſpirans , quod  
cum nihil contineat Regie  
iurisdictioñi aduersū typis  
mandari poſſe iudico. Datū  
Neap. die 12. Ianuarij 1642

Fr. Dominicus Grauina Magister  
Primariā Cathedrā regens .

Viſa retroſcr. relat. Imprimatur  
Tap.R.Branç.R.Zuf.R.Aſc.R. Sāf.R.

Prouiſum per S. E. Neap. die 24.  
Januarii 1642. Anastasius.

# DE BONO IVSTITIAE.



Voniam Congregationis decorem,  
dignitatemq; seruandi specie , ac  
tranquilli regimi<sup>n</sup>is prætextu , atq;  
pietatis : at re vera Dæmonis astu,  
ac dolo plausibilis quædam, & ef-  
frænatorum hominū auribus pru-  
tiens opinio inuasit , afferentium  
delinquētium culpas humana potius  
prudentia, & leniter esse mul-  
cendas , quam iuxta Canonicas  
sanctiones salubriter plectendas,

A 4 DC

*Epiſt.  
45.*

ne per punitionem maior fiat cri-  
minum euulgatio : atque hinc Re-  
ligionis ( vt ipsi aiunt) deturatio:  
ideo, *Ne vitia nobis, vt cum Sene-  
ca dicam : sub virtutum nomine  
obrepant.* operæ pretium duxi per-  
nicioſum hoc , & detestabile affer-  
tum in cōplurium cēteroqui pro-  
borum hominum cordibus altè  
defixum, Sanctorū Patrum au&to-  
ritate præcipue nixus euertere, ra-  
diciusque si fieri potest euellere.  
Videndum igitur est, quid salubri-  
tis sit, connuentia quadam tolera-  
re crimina; an cum orta fuerint , ea  
punire acrius? quidue magis offici-  
at, nimia superioris mansuetudo, an  
iusta seueritas? Et quidem nulli du-  
biū esse debet, quin seueritas pro-  
fit plurimum; mansuetudo verò, (si  
ea nimia sit) non mediocriter no-  
ceat. Illa enim vitia coēret , hac  
autem foder, aliaque innumera gi-  
goit

goit mala. Etenim perditi homines  
Principis indulgentia non emen-  
dantur modò, verùm etiam eius le-  
nitate abutūtur. Vnde scitè Chrysostomus, Patientia irrationalis vi-  
tia seminat, negligentiam nutrit, &  
non solum malos, sed etiam bonos al-  
licit ad peccandum. Hoc planè no-  
bis, & plenè ægri suadet exemplū,  
cui si serò, frustra medicina paratur  
Audi Isaiam suis sermonibus  
comprobantem. Omne caput lāgu-  
dum, & omne cor marens à planta  
pedis usque ad verticem non est in co-  
sanctis, Quare? vulnus, & liuor, &  
plaga sumens non est circum ligata.,  
nec curata medicamine, neque solata  
oleo. Hinc S.Th. viam sibi fecit ad  
probandum onus, quod pro-  
prium superiorum est, atque preci-  
puum subditos corrigendi, aureis  
illis verbis, quæ etiam Ecclesiastis  
sententia firmat, Notandum, quæd

In March.

Isa. I.

In cap. I.

Isa.

Ecl. 7.

*in idoneitas Regis ostenditur in lan-  
guore, quia subuenire non poterat  
puniendo per potentiam. Eccl. 7. No-  
li quarere fieri Iudex, nisi valeas  
irrumpere iniquitatem.* Hos pro-

*Se rm. 77. inde S. Bernardus medicos non  
in Cant.*

*Psal. 13.*

*Psal. 78.*

*In lib.  
Reg.*

*de Baptis.  
paruul.*

*agnoscit, non Pastores gregis,  
sed interfectores, Hoc non est, in-  
quit, pascere gregem, sed mactare,  
& devorare, dicente de illis Domino,  
Qui devorant plebem meam, ut cibū  
panis, & quia comedebant Iacob, &  
locum eius desolauerunt. Quem da-  
bis mihi de numero Prepositorum,  
qui inuigilant vitis extirpandis.  
Hec Ber. vnde S. Greg. Papa ait,  
Cum increpare delinquentes voluer-  
it, eos procul dubio Pastor occidit.*

*Et S. August, Quod vitiosum, quod  
primum, quod falsum in unoquoque  
fuerit, curemus, corrigamus, & reme-  
demus. Debet ergo Princeps, debet  
Superior subditorum suorum vu-  
nera*

nra alligare; subiectorum mederi languoribus; si secus fecerit, non erit idoneus Christi minister.

Quod benè nouerat qui dixit, *Nou sum medicus, nolite constituerem me*.

*Principem populi.* Quæ societas medicinæ cum Regno? certè maxima; In 7.c.Isa. nam, ut recte S. Basilius, *Vetus Princeps nō per hac externa insignia noscitur, cuiusmodi sunt Purpura, Torques, & Diadema sed per id quia in primis virtutem obsino Principe dignam.* Siquidem, ut Idem alibi. Regul.74

*Principes non sunt terror bonorum, c. i.*

*operum, sed malorum;* Dei enim minister est vindex in iram eius, qui malum egit. Et S. Thomas. Hic ponitur recusatio Electi, & ponitur rationabilis excusatio, scilicet impotensia ad repellendum nocua: concluditur officij recusatio: nolite constituerem me Principem populi. Etenim si legum transgressores legibus poten-

ter.

ter non coercent, erit anima  
cuius pro anima illorum, sicut scri-  
ptum est, *Custodi virum istum, qui se-  
lapsum fuerit, erit anima tua pro ani-  
ma eius.* Et alibi, *Sanguinem eius de  
manu tua requiram.* Hinc de se di-  
cebat S. Greg. Papa. Ne nos ante  
**Deum** culpa ex *dissimulacione* redar-  
guat, irrequisitam banc relinquere  
non audemus. Et Hugo Card. Non  
suntum profici arguuntur delictis:  
pro populi enim coguntur Principes  
reddere rationem, ne forte non docue-  
rint, non monuerint, nec sollicitè ar-  
guerint eos, qui primum peccaverunt,  
ne contagio dispergeretur in populos.  
Hinc deducitur, quām irrationa-  
biliter, & inordinate agant ij, qui,  
cum animi languores præstatiore,  
quām corporis morbi exigant me-  
dicinam, ad hos tamen maiorem  
adhibent diligentiam, totisque vi-  
ribus, ac studio incumbunt. Vnde  
ita

3. Reg. 20.

Ezech. 3.

in 25. c.

Num.

ita sibi ipsis blandiuatur, vt & prudentes se esse, & veram medendi methodum reperisse putent, si criminia vel dissimulando praeterereantur, vel perquam leuissime in iis deprehensos admonendo corrigant.

Hoc idē experimur (vt ad aliud non longè dissimile exemplum accedam) in agrorum cultura, qui sānè, si quando agricolarum negleguntur, atque incuria vepribus, spinis, asperis herbis, & agrestibus abundant, omnino redduntur inutiles: ut frugiferi certè euadent, & utilles, si prius fetro, atque igne purgantur. Sicut igitur ignis, & feruum tollunt quod vitiosum est ab agro, quodque cultoris negligentia inutiliter scaturit: sic scueritas purgat parenter sceleras, nec diū vigore permittit, *In scueritate Iudicij*, inquit Demosthenes, *sīca est legum auctoritas*. Et S. Greg. Papa, *Summum*

*Cont. mad.*

*Epist. 119.*

21. de Ciu. num. Regibus bonum est, iustitiam  
Dei. colere. S. item Aug. Iustitia sola Res-  
publica sustentatur. Porò prauihom-  
ines neglectu Iustitiæ viam sibi  
parant ad inferitum, & spe veniæ,  
atque levitate poenæ facile, & fre-  
quenter in errore relabuntur, vnde  
difficillime resurgunt. Quare fru-  
ctus correctionis nequaquam spe-  
randus; quæc formido poenæ non  
pariat. Atque hoc fortasse præci-  
misse dixerim Regium Vatem illis  
verbis Reges. Vel ut Hier. ex Se-  
puginta, Pasces eos in virga ferrea,  
et tanquam vas figuli confringes  
eos. Nempe, quod non solùm virga  
directionis sit futura, sed & panis  
verus, ac solidus, qui vitam in hu-  
mane nutritat incuspabilem, eam  
que ab omni prorsus facinore red-  
dat immunitam. Ad hanc, quod non  
sit bonus Pastor, nec ad regendum  
populos idoneus, cui virga ferrea,  
rigor.

vigor scilicet Iustitiae defit. Hinc pulchrè Genebrardus, *Vocat potētē Iustitiam, & Iudicium, cui minimè possint resistere, cui omninō sit succumbendū.* Ac propterea S. Greg. Nazianzenus boni Pastoris speciem efformaturus sic electores alloquitur. *Pastorem creare, qui non in omnibus cunctis obsequatur, sed qui ab recte studiū in multorum etiam offenditionem incurras.* Alterum in praesens iucundissimum. Alterum in posterum utilissimum.

In ps. 2.

Orat. 32.

Ieremias quoque inter primarias visiones se vidisse narrat virginem vigilantem, & ollam succensem, *Quid tu vides Ieremias? & dixi virgam vigilantem ego video.* Rursus interrogatus, quid videret Respondit: *Ollam successā ego video.* His plane similitudinibus exprimens, quod & si missus à Deo fuerit constitutus super gentes, & su-

Ier. 1.

per

per Regna, ut euellat, & destruat,  
 & disperdat, & ædificet, & plantet:  
 hæc tamen omnia se minimè asse-  
 qui posse speret, nisi ignis interce-  
 dat, & ferrum. Quod Ethnici quo-  
 que naturali solo lumine agno-  
 uere; dum Herculem fixerunt  
 igne, ferroque Hydram mon-  
 struosum sanè; & insuperabile ani-  
 mal peremisse. Quid Hercules  
 cōtrā Hydram sine ferro, & igne?  
 Et nos quonani pacto improbos  
 coercebimus, nisi in eorum vitia  
 verbis, ac flagris acriter inueha-  
 muri? Qua in re et magni facien-  
 da Hieronymi sententia. Non po-  
 terunt edificari bona, nisi destruan-  
 tur mala, nec plantari optima, nisi  
 eradicentur, & pessima. Quo cū co-  
 harere videtur S. Greg. Papa iisdē  
 fermè verbis insistēs, ac sensu, Nisi  
 prīsperuersa destrueret, adificare uti  
 liter recta nō posset. Ac certè maiore  
 vim

In 1. cap.  
Ier.

3. Past.

vim, maioremque virtutem, & grā-  
uiam à Deo nobis esse necessariam.  
in destruēndis vitiis, quām in ac-  
quirendis virtutibus, optimè pro-  
bat Cassianus, ex verbis Domini  
ad Ieremiam. Scendum est duplīcē  
nobis laboris intentione sudandum  
in expellendis vitijs, quām in virtu-  
sibus acquirendis. Et hoc non nostra  
tapiamus conjectura, sed illius sen-  
tentia prædictemar, qui solus opificē  
cū sui vires, rationemque cognoscit:  
Ecce, inquit, constituit te hodie super  
gentes, & super regna, ut euellat, &  
destruat, & disperdat, & dissipet, &  
edificet, & plantet. In expulsione  
enim noxiarum rerum quatuor esse  
necessaria designauit, idest, euellere,  
destruere, disperdere, dissipare. In per-  
ficiendis verò virtutibus, & his qua  
ad iustitiam pertinent acquirendis,  
edificare tantummodo, atque planea-  
re. Unde liquido patet difficilius cuel-

collat. 14.  
despirit.  
scientia  
cap. 3.

li, ac destrui corporis, animaque passiones, quam spiritales exirsi, planas, earumque virtutes. Hæc Calixtus. Vide ergo quam necessaria sit rigida, & rigens iustitia, ubi sceleratae dices fixerunt. Nec à re proposta longè discedens Propheta, exprimit firmum, omnipotente virtute munificum invictum Judicem, sic inquietus, Ego quippe dedi se hodie in ciuitatem uniam, & in columnam ferream, et in murum quem super omnibus tamquam Vbi S. Hier. Quae si civitatem firmam, de qua Isaías Ego aratas firma, in columnam ferream, de qua Apostolus. Columna, & firmamentum 1. Tim. c. 3. veritatis. In murum quem, qui nul- la violetur rubigine nec tæsus inobribus deperis, sed virtute sis fortior. Quis si te munitus, & fortis, ut non respiciat personas hominum, ac viriliter veatur potestate sibi tradita. Sed quid sibi male vixit, quam vige-

In com. Is.  
cap. 37.

1. Tim. c. 3.

vigilarem se vidisse refert? Ieu vigi-  
latis? Rectori quippe vigilatia pri-  
cipue tribuenda videtur. Vnde Pau-  
lus. *Ipsi enim per vigilat quae rati-  
o nra pro animabus vestris redditur.*  
Nō enim bonus reputadus est Re-  
ctor, neque idoneus, qui oculos ha-  
bitat clausos, dum subditorum er-  
rata videre dissimilat. Hinc Glosa  
Inter. cuius Aug. *Virgini vigilans  
et peccata scilicet consideras, et quoniam  
admirripias.* Et in Apocalypsi tor-  
mentis habetur, *qui vigilaverit, et cum Apoc. 3.  
suum a. Quod Rektoribus quidem Lib. 2. in 2.  
S. Ambrosius applicat. Qui enim cap. Luc.  
alios regit, oculis ijsq; apertos doc-  
bet esse plenus: sicuti de sanctis opti-  
morum omnibus scire posse reperiuntur Apoc. 4.  
*Animalia in plana erant oculis ante, et  
terre. Quia omnia vigilatiam, non  
dissimilat, quoniam designando long-*  
*Quamobrem sapientissime provi-  
vidit auctor Salomon. Qui percutit* Prox. 15.*

*gē odie filium. Etenim sicut non pos-  
test Pater odire filium, sic nec eius  
vitia dissimulare debet, ne tali in-  
dulgentia suffultus in vitiis com-  
putrefaciat, quod sanè qualibet vel  
crueli animaduersione deterius  
esset. Cum igitur qui aliis præest,  
Patri locum obtineat, virgo  
nequaquam parcere debet, cetero  
roquin non Patri, sed inimici  
(uti diximus) personam gereret.  
Præterea, inquit idem Sapientissi-*

*Ecclesiastes. **Rex**, **Pervisi difficile corrigantur**, & **Stultorum infinitus est numerus**. Morbus enim ubi vires redi-  
sumpserit maiores, lenis, & leuis  
medicina eum nō sanat. Sic etiam  
arbor altissimis defixa radicibus  
ingenti labore extrahitur, & ma-  
ximo sudore extirpatur. Quae  
profecto si mala sit, & noxia,  
ve quid terram ioccupat? Cur  
non potius eradicatur & melius  
est*

est, ut in ignem mittatur, & ardeat. Itaque satius est, ut seuerius scelesti puniantur, quam non condignè castigati prauo suo exemplo cæteris causa sint labēdi in interium. Non ergo parua Rectoribus seruata est vltio, si errata non corrigant, si scelestos acrius non puniant, quoniā sapientia attestante, Sap. 6.

*Cum essetis ministri Regni illius non recte iudicatis, nec custoditis legem Iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.*

Neque verò quempiam fauores à iustè iudicando absterreant sic enim eos, qui alijs præsunt suo exemplo monet, & munit S. Greg. Papa. *Ego homines propter iustitiam diligō: non autem iustitiam propter homines postpono. Principum, & potentium intercessionibus clausae semper sint aures Nā nibilest iures inimicum, quam uiss, ut optimè*

Cice-

*Lib. 8. 18.  
lib. Reg.  
c. 2.*

*Pro cec.*

Cicero, & nerum est Magnatum  
preces mandatorum obtinere vi-  
ces: unde vel quis fauoris aut  
procul esto. Pietas porrè excludē-  
da est quandoquidem ex Gregor.

*lib. 30. mors Magni sententia, Iustitia propo-  
nenda est pietatis. Adeo ut bene in  
hunc locum illud Hier. quadree,*

*Epist. ad  
Heliad.* *Pietatis genus est in hac re esse  
cruellem. Quo circa si vel fauore,  
vel pietatis praetextu quicquam in  
huius nobilissimæ virtutis detri-  
mentum committatur hoc utique  
maius in noxios, immò maximum  
Divinae vltionis genus omnino est.  
Proinde hanc inter Senecæ senten-  
tias consideratur, Nullum scelus impunium est, qui a feceleris in scelere  
supplicium est. Inhumanus est igit  
reverentiam humanus, crudelis;  
solensis; dum Divinitæ Iustitiae pro-  
ficiunt quenque vires puniendum  
relinquuntur.*

Quare

Quare vehementius in hos i-  
scitur Deus, dum in ipsis subdito-  
rum peccata castigat. Enim quod  
quid peccauit Heli? peccauere  
pueris de quibus scriptura testatur  
Eras peccatum puerorum grandem-  
miseram Dominu. At hos vero cum  
illo vescitur Dominus, Pueros,  
quia peccauerunt, Heli, quia Pa-  
ter, & Iudex in eorum peccatis co-  
nivit, Ipse iudicavit Israel qua-  
dragevio annis. Peccata puerorum  
grandissima emendasse non legimus;  
Divinam in eum legimus vltione,  
maximum namque damnum deli-  
cta inferunt impunita. Quantum  
noxie inquit S. Bas. resultat ex eo  
quod non tollantur de medio iniqui-  
tatem. Apostolus Corinbias incre-  
pans, quod lucibus non emisissent, ut  
zolleretur de medio eorum, qui resu-  
cmodi malitia operatus. Max-  
imum vero Dei gloriam pre-  
dicant

1. Reg. 2.

Isa. 5. 1.

1. Cor. 5.

dicant delicta punitā. Vnde in hūc  
planē sensum explicat Genebrar-  
dus illud Daudicum, *Annunciaue-  
runt celi iustitiam eius, & viderunt  
omnes populi gloriam eius. Iustitia  
enim est, inquit ille, & gloria eius  
impios punire.*

Nemo ergo conqueratur de Ia-  
dicib⁹, quando malos malè per-  
dunt, conquerantur potius omnes  
de malis, qui malum malè agunt.  
Ipsi sibi pēnam parant, ipsi illi ob-  
uiam vadunt, manibus, & verbis  
illam accesiunt. Ips⁹ se, non Iudic-  
ces feriunt; vnde vel atrox illis il-  
lata mors, non crudelitatis, sed  
æquitatis nomine nuncupāda, iux-  
ta illud Amb. *Hostem ferire victo-  
ria est, Reum aequitas, Innocentem  
homicidium.* Docent nos Meteo-  
rologici ex terræ exhalationibus  
ad nubes vsque ascendentibus, at-  
que in eis carum viscera abditis, &  
occlu-

occlusis tonitrua generari, fulgura,  
 & sagittas, quæ si tertam acriter  
 feriunt, ipsa sibi, quæ materiam,  
 subministravit, hoc adscribat. Ex-  
 terrent quidem iudices penitus, ve-  
 rum has sibi perditi homines tri-  
 buant, qui suis facinoribus causam  
 ijs præbuere, iuxta Iuris Regulam,  
*Qui causam damni dat, damnum*  
*dedisse videtur.* Iudicium enim be-  
 nignitatis, & bonitatis, non odij;  
 aut indignationis alteriusue virtutis  
 partus est.

Hinc Chrysostomus ingenuè fa-  
 tetur se Deum, nisi rationem exi-  
 geret, bonum non agnitorum. Au-  
 diamus ipsum disertissimè eloquè-  
 tem in hunc planè modum, Proho  
*quod nisi rationem exigeret Deus*  
*bonus non esset sed quia exigit bonus*  
*est.* Dic enim mihi si rationem non  
 exigeret, nunquid vesta staret huma-  
 na nonne in feras erumpesset?

Hom. 5.

nam

per Regna, ut euellat, & destruat,  
 & disperdat, & ædificet, & plantet:  
 hæc tamen omnia se minimè asse-  
 qui posse speret, nisi ignis interce-  
 dat, & ferrum. Quod Ethnici quo-  
 que naturali solo lumine agno-  
 uere; dum Herculem finxerunt  
 igne, ferroque Hydram mon-  
 struosum sanè; & insuperabile ani-  
 mal peremisse. Quid Hercules  
 cötia Hydram sine ferro, & igne?  
 Et nos quoniam pacto improbos  
 coercebimus, nisi in eorum vitia  
 verbis, ac flagris acriter inueha-  
 mur? Qua in re est magni facien-  
 da Hieronymi sententia. *Non po-*  
*terunt edificari bona, nisi destruan-*  
*sur mala, nec plantari optima, nisi*  
*eradicentur, & pessima.* Quo cū co-  
 hædere videtur S. Greg. Papa iisdē  
 fermè verbis insistēs, ac sensu, *Nisi*  
*principuerfa destrueret, adificare usi-*  
*tūc recta nō posset. Ac certè maiorē*  
*vim*

*In 1. cap.  
Ier.*

*3. Past.*

vim, maioremque virtutem, & gratiam à Deo nobis esse necessariam  
 in destruendis vitiis, quam in acquirendis virtutibus, optimè probat Cassianus, ex verbis Domini ad Ieremiam. Scendum est duplice  
 nobis laboris intentione sudandum  
 in expellendis vitiis, quam in virtutibus acquirendis. Et hoc non nostra  
 capiamus conjectura, sed illius sententia prædictar, qui solus opifex  
 cū suis vires, rationemque cognoscit: Ecce, inquit, constitui te hodie super  
 genses, & super regna, ut euellas, &  
 destruas, & disperdas, & dissipes, &  
 edifices, & plantes. In expulsione  
 enim noxiarum rerum quatuor esse  
 necessaria designauit, id est, euellere,  
 destruere, disperdere, dissipare. In per-  
 ficiendis vero virtutibus, & his qua  
 ad iustitiam pertinent acquirendis,  
 edificare tantummodo, atque planere.  
 Unde liquido patet difficilius euel-

collat. 14.  
 despirit.  
 scientia  
 cap. 3.

li, ac destrui corporis, animaque paſſiones, quām spiritales exirūt, plati, et iisque virtutes. Hæc Cassianus. Vide ergo quām necessaria sit rigida, & iugens iustitia, ubi sceleratae dices fixarunt. Nec à re proposita longè discedens Propheta, exprimit firmum, omnipotē virtutem, et virtutem in vita Iudicem, sic inquietus, Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem uniam, & in columnam ferream, et in murum encum super omnes terram. Vbi S. Hier. Quasi ciuitatem firmam, de qua Isaías Ego eritas firma, in columnam ferream, de qua Apostolus. Columna, & firmamentum

In com. Is.  
cap. 37.

1. Tim. c. 3.

veritatis. In murum encum, qui nul-  
la ruoretur rubigine, nec dasas inobri-  
bus deperit, sed virtute filii fortior.  
Qui sit ies munitus, & fortis, ut non  
repliciat personas hominum, ac  
viriliter veatur potestate sibi tradi-  
ta. Sed quid sibi vult virga, quam  
vigi-

vigilarem se vidisse refert? seu vigi-  
latis? Rectori quippe vigilatia pri-  
cipue tribuenda videtur. Vnde Petrus  
Ius. *Ipsi enim per vigilat quae ratiō-  
nem pro animabut vestris redditur.*  
Nō enim bonus reputadus est Re-  
ctor, neque idoneus, qui oculos ha-  
benti clausos, dum subditorum er-  
rata videre diffimulat. Hinc Gloria  
Inter. cum Aug. *Virgam vigilans  
te peccata scilicet consideras expunis  
accorripit.* Et in Apocalypsi Ioh-  
annis habentur, *sysco vigilans, et omnia App. 1.  
fumaria. Quod Rectoribus quidem Lib. 2. in 2.  
S. Ambrosius applicat. Qui omnia cap. Lue.  
alios regit, iudicat, ijsq; apertis do-  
bet esse plenus: sicuti de sanctis opa-  
uerit alio alibus scire posse recipiat. Apoc. 4.  
*Animalijs plana erant subitis ante, et  
retro. Quo omnian vigiliatiam non  
diffimulat enim obfigurando longi  
Quamobrem sapientissimè provi-  
vidicauit Sacerdotem. Quid per istum**

Heb. 19.

*App. 1.  
Lib. 2. in 2.*

cap. Lue.

Apoc. 4.

Pron. 15.

*g⁹ odit filium. Etenim sicut non possest Pater odisse filium, sic nec eius vitia dissimulare debet, ne tali indulgentia suffultus in vitiis comitutus putrescat, quod sanè qualibet vel crudeli animaduersione deterius esset. Cum igitur qui aliis prætest. Patris locum obtineat, virgines nequaquam parcere debet, cetero roquin non Patris, sed inimicū (vti diximus) personam gereret.*

*Præterea, inquit idem Sapientissimus Rex, Peruersi difficile corrigantur, & Stultorum infinitus est numerus. Morbus enim ubi vires recumplerit maiores, lenis, & leuis medicina euna nō sanat. Sic etiam arbor altissimis defixa radicibus ingenti labore extrahitur, & maximo sudore extirpatur. Quae profecto si mala sit, & noxia, ve quid terram ioccupat? Cur non potius eradicatur & metuus est*

*Ecclesiastes I. 10. Peruersi difficile corrigantur, & Stultorum infinitus est numerus. Morbus enim ubi vires recumplerit maiores, lenis, & leuis medicina euna nō sanat. Sic etiam arbor altissimis defixa radicibus ingenti labore extrahitur, & maximo sudore extirpatur. Quae profecto si mala sit, & noxia, ve quid terram ioccupat? Cur non potius eradicatur & metuus est*

est, ut in ignem mittatur; & ardeat. Itaque satius est, ut seuerius scelesti puniantur, quam non condignè castigati prauo suo exemplo cæteris causa sint labedi in interitum. Non ergo parua Rectoribus seruata est vltio, si errata non corrigant, si scelestos acrius non puniant, quoniā sapientia attestante, *Cum essetis ministri Regni illius non recte iudicastis, nec custodistis legem Iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.*

Sap. 6.

Neque verò quempiam factores à iustè iudicando absterreant sic enim eos, qui alijs præsunt suo exemplo monet, & munit S. Greg. Papa. *Ego homines propter iusticiam diligō: non autem iusticiam propter homines postpono. Principum, & potentium intercessionibus clausae semper sint aures Nā nibileſt iuriū inimicum, quam uis, ut optimè*

Lib. 8. in lib. Reg. c. 2.

Pro cœc.

Cicce-

Cicero, & nōrum est Magnatum  
preces mandatorum obtinere vi-  
ces: vnde vel quāris fauoris aut  
procū esto. Pietas pōrō excludē-  
da est quandoquidem ex Gregor.

*lib. 30. mōrā Magni sententia, Iustitia propo-  
nenda est pietatis. Adeo ut bene in*

*bunc locum illud Hier. quadree,*

*Pietatis genus est in hac re esse*

*crudelēm. Quo circa si vel fauore,*

*vel pietatis praetextu quicquam in*

*huius nobilissimae virtutis detri-  
mentum committatur hoc utique*

*maius in noxiis, imō maximum*

*Divinae vltionis genus omnino est.*

*Proinde hanc inter Senecæ senten-  
tias abideratur, Nullum scelus im-  
panicum est, qui a sceleris in scelere*

*supplicium est. Inhumanus est igh-  
erat error, non humanus crudelis,*

*solensis, dum Divinae Iustitiae pro-  
fusus. quemque viaje paniendum*

*relinquuntur. Et hoc quod dicitur, et hoc*

*Epis. 76.*

Quare

Quare vehementius in hos inscitur Deus, dum in ipsis subditis peccata castigat. Eo inquit quid peccauit Heli? peccauit puerus de quibus scriptura testatur. Erat peccatum puerorum grandem misciram Dominum. At hos una cum illo vici scitur Dominus, Pueros, quia peccauerunt, Heli, quia Pater, & Iudex in eorum peccatis compunxit, Iose iudicavit Israel quando in anno. Peccata puerorum gravissima emendasse non legitimus, Diuinam in eum legitimus unctionem, maximum namque damnum delicta inferunt impunita. Quantum noxie inquit S. Bas. restitat ex eo quod non tollantur de medio iniurie docuit Apostolus Corinthus increpans, quod lucifer non emisisset, ut tolleretur de medio eorum, quae supercedit malitiam offert operatus. Maximam vero Dei gloriam prece dicant

1. Reg. 2.

Isa. 5. 1.

1. Cor. 5.

dicant delicta punita. Vnde in huc  
planè sensum explicat Genebrardus illud Daudicum, *Annunciauerunt celi iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius. Iustitia enim est, inquit ille, & gloria eius impios punire.*

Nemo ergo conqueratur de Iudicibus, quando malos malè perdunt, conquerantur potius omnes de malis, qui malum malè agunt. Ipsi sibi pēnam parant, ipsi illi obuiam vadunt, manibus, & verbis illam accesiunt. Ipsi se, non Iudices feriunt; vnde vel atrox illis illata mors, non crudelitatis, sed aequitatis nomine nuncupāda, iuxta illud Amb. *Hostem ferire victoria est, Reum aequitas, Innocentem homicidium.* Docent nos Meteorologici ex terræ exhalationibus ad nubes usque ascendentibus, atque in eis carum viscera abditis, & occlu-

occlusis tonitrua generari; fulgura,  
& sagittas, quæ si tertam acriter  
feriunt, ipsa sibi, quæ materiam,  
subministravit, hoc adscribat. Ex-  
terrent quidem iudices penitus, ve-  
rūm has sibi perditi homines tri-  
buant, qui suis facinoribus causam  
ijs præbuere, iuxta Iuris Regulam,  
*Qui causam damni dat, damnum*  
*dedisse videtur.* Iudicium enim be-  
nignitatis, & bonitatis, non odij,  
aut indignationis alteriusue virtutis  
partus est.

Hinc Chrysostomus ingenuè fa-  
tetur se Deum, nisi rationem exi-  
geret, bonum non agnitorum. Au-  
diamus ipsum disertissimè eloquē-  
tem in hunc planè modum, Proho  
quod nisi rationem exigeret Deus  
bonus non esset sed quia exigit bonus  
sit. Dic enim mihi rationem non  
exigeret, nunquid vita staret huma-  
na nonne in feras crumpesset?

Hom. 5.

nam

nam scimoribus, & paenit imminen-  
 tibus, & tribunalibus pisces supera-  
 mus alter alterum comedentes. Leones,  
 & lupos excedimus aliena alter alter-  
 ius rapientes: nisi rationes à nobis  
 exigere quanta turbacione plana vi-  
 ga foret? Quidnam est iam, qui fa-  
 bulis celebratur labyrinthibus ad mun-  
 dicoparationem? nonne rudes ini-  
 icti tumultus, & absurdarios? Quis  
 patrem fuisset neueritus? quis matri  
 pepercisset? Quis puerum vilia volu-  
 ptatem, ullum vitium omisisset? si  
 sexuas habetas insolentes, procaeces, co-  
 rruplosos, & superiora sedentes in-  
 feriores? & neque puniis, neque casti-  
 gas, neque corrigis varbo; nunquid  
 huc bonitatis esse didicimus, imo omni-  
 tem crudelitatis hoc est, quia non  
 tantum viriores, & filias per banc  
 ineps ut bonitatem praeclara merentur, &  
 ipsas sexuas perdis; abry, siquidem, &  
 diffolli, procaeces, & consumpti.

¶ omnis frater tuus tristior; hoc  
ne bonitatis est? Vides, ergo, quod  
potius exigere malorum bonitatis est. Sed  
quid inquam seruos? si quis filios ha-  
beps; illos cum ea permissas audire,  
neque puniat, quo queso non erunt  
peiores? Igitur quia Deus bonus est;  
ideo gehennam preparauit. Praterea  
quia hoc pacta bonos fieri malos non  
permittit; nam si mali eadem affectus  
deberent, omnes essent mali; hoc autem  
modo non parvum bonis prodest: natus  
audi Propheticam, Letabitur Iustus  
viam viderit vindictam; manus suas  
levabit in sanguine peccatoris; non  
insultans, absit, sed timens ne eadem  
passatur, puriorum suarum efficit vi-  
tam. Hoc multe prouidentia quidem  
est, inquit, sed oportebat tantum  
modo minari, non tam punire. Si  
verba dum locutus esset minas, nonne  
segnior esset? Niniutor si sciulissent  
quod negotium minas forent; patiessent  
si am

Psal. 57.

tiam non egissent. Qui vero diluvij tempore fuerunt, si minas timuisse periculum non suscitassent. Hæc eloquentissimè Chrysost.

Quid ad hæc respōdebūt, aut quā prætexēt excusationē iij, qui patrata iā scelerā, magis tolerare satagūt quā iuxta præscriptas legū sanctiōnes extinguere? Quid dico extinguere? imò verò ne audire quide volunt. Quin immò operire studēt, aperire tenuūt, & (quod est sanè in gemiscēdū) per speciē pietatis eorum auctores acerrimè defendunt cū insigni Iustitiæ dāno. Pōstremò in Congregationis dedecus verti temerario ausu autumāt, dum acta instruuntur, dum testes recipiuntur, dum rei custodiæ mancipantur, dum denique pœna afficiuntur. Quos cum Apostolo ad Rom. sic alloquor, *Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.*

bonum, quod ergo bonum est, vobis facit  
 Etum est mors & absit. Isaias rigore  
 Iustitiae, non connuentia fœdita-  
 tem, & sordes Jerusalem ablue-  
 das fore sperabat, Si abluerit Do-  
 minus sordes filiarum Sion, & san-  
 guinemur Jerusadem lauoris de medio  
 eius in spiritu Iudicij, & spiritu ar-  
 doris. Quid est, Spiritu ardoris, ex-  
 ponit S. Jo. Chrys. id est, spiritu ca-  
 stigationis. Ieremias ignominio-  
 sam vocat illorum curationem, qui  
 scelera emendare desistunt, aut in-  
 curia, ac tolerantia ablueret, &  
 curare presumunt. Curabant, in-  
 quirat, contritionem filii populi mei  
 cum ignominia. Vbi eleganter Sa-  
 Thom. Curabat, scilicet verbis, excul-  
 sando culpas, excludendo pauperes  
 ut potè nomine, non re ipsa mediat-  
 ti. Quo autem fructu. vel qua ve-  
 litate optime induit S. Hier. hoc  
 modo, Magis illos supplicio, & ira

Isa. 4,

Hom. de  
Spiritu sa-

Act. 21

Ier. 6.

In 6. cap.

cun. Ier.

rundis preparantes. Scio equidem quando, & ubi misericordia, & iudicium simul coniungere liceat: ideo spiritus sanctus aliquando in columbat specie, in igne quandoque apparuit. Scio quando, & ubi induere nos debeamus visceris misericordiae, sicut nos moneret apostolus, Iudicium uos sicut electi Dei sancti, & dilecti visceris misericordiae. Scio quando, & ubi locutus sit pietatis, ut ut Cicero ait, caritatis eti iustitia. Scio quando, & ubi prudentia sic adhibenda sine qua non idem Cicero ait, iustitia plenaria poterit, sed iustitia vobis certe valabit. Scio ac neque quando, & ubi praeceptio in diligenda sit, non quidem cum perecedo, sed cum prudentia in tempore opportuno proferendo; vel certe secreto inferendo, ne pesca publica culparim teceat.

*De nat.*

*2. off.*

Ict

Istro cœlum. Quod, & in reorum,  
& quod caput est.) intonans Con-  
gregationis uenteret perniciem.

Ac uero quando delictum est  
publicum, publice puniendum  
duxit illud Magni Gregorii, Mani-  
festa: peccata nostra sunt occulta cor-  
rectione purganda, sed palam sunt  
irreducendi: qui palam nocens, ut dum  
superioribus purgatione sanantur, bi, qui  
eos imitando delinquerunt corrigan-  
tur. Et enim publicè puniū, nō mo-  
dō nō sedat, sed etiā Congregatio-  
nē lōmēdat, atque illoferat: qua-  
ndeq̄ idem quod delicta commis-  
tantur, hoc utique malum est; ac  
humanæ conditionis proprium:  
serūm quod puniantur, hoc demū  
opinuum, & sane Diuinum est.  
Quod circa egregie ait S. Bonauen.

*De sex alis  
seraphim  
cap. 3.*

Imbūtū differant laudabiles Religiones,  
Oriam illas p̄ se; non quod nullas in-  
illis peccatis reperiatur, sed quod nul-

lus

lus impunè peccare sinatur, & per-  
 candi aditus studiosè precludatur.  
 Præterea, cur Dominus præcepit  
 Moysi, Tolle cunctos Principes po-  
 puli, & suspende eos contra sotem in-  
 patibulis, ut auertatur furor meus ab  
 Israel. Nisi teste Lyranorum Au-  
 gustino, Vi pena sit publica, sicut &  
 peccatum, & ad terrorē, & exemplū  
 aliorum? Quid porro laudabilem, &  
 gloriolum reddidit Phineen filium  
 Eleazari? Quid ei contulit, & semi-  
 ni eius sacerdotium sempiternum?  
 nonne quòd de transgressoribus  
 palam supplicium sumpsit? Sic  
 quippe Dauid, Stetit Phinees, & pla-  
 cauit, & cessavit quaſſatio, & repu-  
 batum est ei in Iustitiam, à genera-  
 tione in generationem usque in semi-  
 ternum. Stetit Phinees, & plenauit.  
 Legimus nos: at S. Hier. ex Heb.  
 clariūs, & magis ad rem, Stetit Phi-  
 nees, & dijudicauit, & quādo iudica-  
 uit?

Num. 25.

Pſal. 105.

uit?quādo zelo mūnitus, ut scriptu-  
ra commemorat, Hebrēum, & Ma-  
dianitidem interfecit; Et ecce vir de-  
filijs Israhel intravit corām fratribus  
suis ad Madianitidem, quod cum vi-  
disset Phinees surrexit de medio mul-  
titudinis, & arrepto pugione perfodis  
ambo simul, cessauitque plaga à filijs  
Israhel. Cui meritò, pax, & stabili-  
tas sedis promittitur. Ecce do ei pa-  
cem fæderis mei, & erit sám ipsi,  
quam semini eius pacrum Sacerdos-  
tij sempiternum, quia zelatus est pro  
Deo suo, & expiavit scelus filiorum  
Israhel. Expiavit, inquit, nám pæ-  
na inficta criminibus non solum  
congregationem non fœdat (ut  
paulò ante etiam monui) sed etiam  
eam purificat, atque emundat. Pa-  
cum dixi, imò coinquinatam san-  
tificat.

O certè necessaria de sceleri-  
bus iusta animaduersio, fine qua-

### C      Necesse

*Necesse est, uerba sunt B. Petri Damiani, ut promas super ad malum  
fragilitatis humanae conditio ad illi,  
eis relaxetur.*

Atque hinc sapientes sancti  
tum est, ubi delictum, ibi poena,  
ac per ciuitatem publicè ad sup-  
plicium duceretur reus, quem  
præco præcederet sententiam, &  
sententiaz causam proclamans, ut  
que ad publicum honorem, ad uiu-  
dictam malefactorum, ad detrac-  
rendos malos, ad uiua coercendas  
possit, ut inquit Plato: *Infliguntur  
pena non ob præteritum facinus,  
quod infidum fieri amplius non pos-  
sunt, sed propter futurum, ne faciens  
alii, qui alteri iniuriam fecerit, aliquid  
iterum committere audiat, et non  
quoque a viis deterrantur. Cetero  
Deus ipse omnium Medera-  
tor, & Iudex, ad exangueunda  
mala formidine peccata: iustus*

*In Protag.*

seueritatis exigente ratione, ne  
minusculæ quidem pepercit etati.

Cōdonauit Deus Dauidi peccatū.  
adulterij, filium uero eius ex adul-

terio natum necatū uoluit: miror  
quidem; si remisit delictum Daui-  
di, qui peccauerat, cur nō etiā pe-  
percit uitæ filij, qui non peccaue-  
rat? Peccatorum absoluit, inno-

centem occidit? S. Theodoreetus  
respondet, & obscurissimam dubi-  
tationem difficultibus inuolu-  
tam dilucidè, ac plane enodat  
his verbis. Ideo Deum occidisse fi-  
lium David, ut pariter extingueret  
malum exemplum, quod per  
adulterium exhibuerat David popu-  
lo Dei: moriatur filius adulterinus,

ut moriatur cum eo adulterij exem-  
plum malum. Dicant amplius, non

annum, non decem, non centum,  
sed rotum ferè genus humanae

paucis exceptis. Noe scilicet, filii,  
C 2 &

& uxoribus, iuste, & piè deleuit è terra. Quare òut peccandi incitamēta, praua scilicet exépla de medio tolleret. Audiamus Chrysostomū. Dici profectò nō potest quantum uilitatis, & his, qui illa inundatione periere, & ceteris postea futuris inde comparatum sit. Illi enim ulterius in uilijs, ac flagitijs progredi permisisti non fuerunt: qui autem post illos secuti sunt, maiora, etiam quam illi, atque excellentera lucra retulerunt, fermento (ut ita dixerim) materia que malorum è medio sublati, extinctisque peccatoribus. Nam si etiā sene exemplis mala homines per se facile imeniantur: quid non facturi existimantur, si plariorum exemplio ad perniciosos actus inducatur? Quod rui ne fieret, ne tot scelerum magistros hi, qui postea fuisse erant, intueretur, eos omnes una perdidit.

Has diuinis monitis, atque exéplis

lib. I. de  
prouid.  
Dei.

plus eruditii Doctores Sanctæ Ecclesiæ, qui eam mira, & maximæ vigilancia custodiunt, grauissimis verbis Principum in puniendis criminibus lenitatem reprehendunt. Vnus è pluribus, quos, huc congerere possem, mihi satis sit, præfatus Cardinalis Santiss. Damianus, qui ægrefferens, Gothifredum Duçem, ac Marchionem Tusciæ, remissius quam par erat, in vitia inuehi, vna, atque altera Epistola eum reprehendit, & ad iustum, Deique ministro dignam severitatem in impios exhortatur. Ipsissima Damiani verba hec sunt.

*Illud etiam mibi non mediocriter displaceat, quia in plectendis flagitijs, & temerarijs iniquorum hominum ausibus coercendis, remissior cerneris esse, quam debeat: & dum peccatoribus parcis, augere peccata conuinceris. Eueruato quippe rigore*

C 3 iusti-

Initio  
Epist. 11.

iustitiae, status eueritur discipline :  
 & dum ultioria severitatis censura  
 reprimitur, temeraria delinquendi  
 licentia relaxatur. Inordinata sane  
 pietas nutrit impietatem, & timida  
 manus medici, vulnus auget agroti.  
 Facit enim exuberare putredinem,  
 dum non secando, sed palpando, quoti-  
 diè superducit vulnusculo cicatrice.  
 Dei minister (ait Apostolus ad Ro-  
 manos scribens) est vindicta in iram  
 ei, qui male agit. Si ergo Dei mini-  
 ster est, qui mala facientes in iram  
 vindicat; Diaboli proculdubio mini-  
 ster est, qui criminosis, ac reprobis  
 suauiter palpat. Et sicut Deo præbet  
 obsequium, qui peruersos ulciscitur;  
 sic minister est aduersarij, qui perpe-  
 trantibus iniqua blanditur. Mut-  
 ti false pietatis erroris decepti un-  
 dè se Deo placere insipienter au-  
 sumant, inde aduersus cum crudeli-  
 ter pugnant: & exco merentur iram,

unde

paulo  
infra.

Paulo in-  
ferius.

Unde se adepturos opinari sunt gra-  
 ciā: & dum alijs veniam falso pier-  
 satis impersiunt, ipsi motum diuinæ  
 indignationis incurruunt. Tene igitur  
 vir Eminētissime, statim aequi-  
 libraminis, examen iura trutinare  
 cahibe, parilos legalium sanctionum  
 lances præ oculis semper appende. Sed  
 hic forcè illud Salomonis obijcies:  
 Noli esse nimiam iussus. Et ego tibi  
 è contra respondeo: Noli esse nimiam  
 pius. Sicut exiit sub inmoderata su-  
 ficitia pulsionemitas frangitur, ita sub  
 piece ex nimia male liber animus ad  
 insolentiam proaciter effronatur.  
 Nunquid enim illuc indiscreta pie-  
 cas non prohibetur: Percute filium  
 tuum virga, & liberabis animam  
 eius à morte? Hæc Damianus. Con-  
 stat igitur quām sit utile, quām  
 necessarium, quām diuinum vitia  
 præsertim publica iustis animad-  
 uisionibus coercere.

Ex initio  
Epist. 12.

Ecc. 7.

Prou. 23..

Quid

1. Reg. 2.  
Heb. 7.

1. Pet. 2.

Psal. 73.

*Quid plura? & si, Non est sanctus  
vt es̄t Dominus; Innocens impollu-  
tus segregatus à peccatoribus, &  
excelsior cælis factus: Nihilominus,  
quia, Peccata nostra, vt Princeps  
Apostolorum ait, pertulit in corpo-  
re suo super lignum. (quò signaret  
ea non esse dissimulanda, sed acriùs  
ac publicè punienda) non in an-  
gulo, non clanculum, sed palam  
cunctis inspectantibus passus est.  
Audi Psalmistam, Sacramentum  
hoc mirabiliter referantem, Deus  
autem Rex noster ante facula, ope-  
ratus est salutem in medio terra.  
Vnde egregiè S. Theodoreetus.  
*Curam pro nobis suscepit omni-  
bus notam fecisti, nam in medio ter-  
ra, hoc est, omnibus videntibus. sci-  
licet (vt probè alii) in Ierusalem,  
quæ est terræ sanctæ velut me-  
dium, & umbilicus. Poenam igi-  
tur, quam pro peccatis nostris  
obtu-**

obtulit Deo Patri , non occultam,  
sed publicam esse voluit , vt no-  
bis esset exemplo : quò fortassis  
respexit Apostolus ad Hebreos  
his verbis , *Propter quod , & Iesus ,*  
*ut sanctificaret per suum sanguinem*  
*populum , extra portam passus*  
*est.*

cap. 13.

Hic ergo finis esto . Etenim  
haud datur plus ultra , vbi Dei Fi-  
lli , veri Dei , Patrique consubstan-  
tialis apparet exemplum , cui glo-  
ria , et imperium cum Patre , &  
Sancto spiritu in sæcula sépiterna .

Amen.

F I N I S .

1917.11.1924





5206



Digitized by Google

BIBLIOT  
Vittorio

X

E  
N